A

ANIMADVERSIONUM
IN
ATHENAEI DEIPNOSOPHISTAS

TOMUS NONUS

INDICES

COMPLECTENS.

AUCTOR

IOHANNES SCHWEIGHAEUSER

INSTITUTO IMPERIALI FRANCICO ADSCRIPTUS

IN ACAD. ARGENT. PROF. PUBL.

ARGENTORATI

EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS BIPONTINAE

MDCCCVII.

PRAEFATIO.

Quos olim, quum *ATHENAEI DEIPNOSOPHISTARUM libros* nova editione instaurare coepi, in ipsa operis fronte pollicitus eram, *commodos Indices;* eos nunc exhibeo, numero tres: primum, *INDICEM AUCTORUM ab Athenaeo citatorum, quo simul scripta cuiusque recensentur:* alterum, *TITULORUM*, secundum literarum seriem adpositorum, *quos praeferunt singula scripta ab Athenaeo citata:* tertium, *RERUM ET PERSONARUM.*

Fuerint fortasse Graecarum literarum studiosi, qui *Graecitatis* desiderent *Indicem:* neque id utique immerito. Et equidem ipse Graecitatis Indicem adiicere constitueram, multiplicem utilitatem habiturum: & ad eumdem etiam passim, vel in Animadversionibus, vel in Rerum & Personarum Indice, provocasse memini: & pleraque ad eum spectantia in parato habueram. Sed quum iam nimiam in molem & reliquum opus, & ipsi hi, quos nunc Athenaei studiosis trado, Indices excreverint; novum veritus sum inchoare volumen, & finem tandem longo operi molestoque

labori facere decrevi; quum praesertim subiret cogitatio, si quis cupidus esset cognoscendi, quibus verbis vel Athenaeus ipse, vel (quod maioris fuerit momenti) aliquis eorum Auctorum, quorum ab illo testimonia citantur, usus sit in exponenda aliqua sententia aut in argumento quodam tractando, hunc ipsum eorumdem Indicum ope, qui hoc volumine continentur, haud aegre pleraque ex his, quae quaesiverit, esse reperturum. Scripsi Argentorati Calendis Ianuariis, MDCCCVII.

INDEX AUCTORUM
AB ATHENAEO CITATORUM,
QUO SIMUL
SCRIPTA CUIUSQUE RECENSENTUR.

LECTORI S.

IAM olim Basileensi editioni Athenaei Index Auctorum praefixus erat, hoc titulo: *Scriptorum quibus Athenaeus uti solet, & eorum quae quisque scripserit Catalogus.* Auctior deinde is Catalogus editus est a Dalecampio, & Latinae versioni Athenaei praefixus. Tum idem Dalecampianus Catalogus, paucis quidem in locis correctus suppletusque, repetitus est in fronte editionis secundae & tertiae Casaubonianae: unde eumdem Fabricius Bibliothecae suae Graecae T. III. p. 635-695. inseruit. Sed, ut taceam omissa plurima vel nomina Auctorum vel loca ab Athenaeo citata, ita turbatus ille index erat, & tanta multitudine erratorum cuiusque generis usquequaque scatebat, ut nobis non passim corrigendi aut supplendi, sed totius refingendi ac velut de novo conficiendi labor fuerit suscipiendus. In hoc nostro Indice *numerus Romanus librum Athenaei* indicat, *Arabicus* cum adiectis literis *a. b.* &c. *paginam editionum Casaubonianarum*, praeterquam ubi diserte monitum fuerit indicari *caput aut paginam nostrae editionis.* Adiecta passim litera *n.* ad *Notas* vel *Animadversiones* refertur. Caeterum in hoc Indice nonnisi ea posuimus, quae ad *Scripta* maxime spectant ab Athenaeo memorata, aut si qua sunt quae ad *Auctoris* cuiusque *nomen* aut ad personam eius insigniendam pertinent, & ad alium ab aliis, qui cum hoc facile confundi poterant, distinguendum. Quae vero non tam ad Scripta auctorum pertinent, quam ad reliquam eorum Vitam ac fata aut res gestas, ea in *Indice Rerum & Personarum* quaerenda sunt.

Scripsi Argentorati, mense Iunio MDCCCVI.

INDEX AUCTORUM
AB ATHENAEO CITATORUM,

QUO SIMUL

SCRIPTA CUIUSQUE AB ATHENAEO MEMORATA

RECENSENTUR.

Epigramma, *quod* sepulcro suo inscriptum *voluit Aeschylus, memoratur* XIV. 627. c. d. *ubi etiam pars eius adponitur.*

De diversis Aeschylis *vide Fabric. Bibl. Graec. lib.* II. *c.* 16. §. 2. *ubi de Aeschylo Tragico agitur, T. II. ed. Harl. p.* 164. Tragicus Aeschylus, *Atheniensis*, tragoedias suas perhibetur ebrius conscribere solitus, I. 22. a. X. 428. f. *Idem* tragoedias suas aiebat esse »reliquias magnarum Homeri coenarum,« VIII. 347. e. Victus autem aliquando, dixit »posteritati se tragoedias suas consecrare.« *ibid.* Multis usus est vocabulis Italicis, utpote in Sicilia aliquamdiu versatus, IX. 402. c.

Περὶ Αἰσχύλου *librum scripsit* Chamaeleo Ponticus: *quo ex libro testimonia quaedam Aeschyli, tacitis fabularum titulis, adponuntur,* IX. 375. d. e. Eiusdem Aeschyli fragmenta, tacitis fabularum titulis, leguntur apud Athenaeum, I. 11. d. (*de quo vide supra*, in Παλαμήδης) I. 17. c. (*vide in* Κάβειροι) I. 21. f. II. 37. f. *n.* 67. f. VIII. 362. f. XI. 782. e. (*vide supra, in* Ὀστολόγοι) XI. 491. a. XII. 528. c. XIII. 573. b. *n.* 601. b. (*ubi* Achillem *introducit poëta* amore impudico amantem Patroclum: *in quo nugatum esse Aeschylum Plato ait, de quo monuit Valckenar. Diatrib. Euripid. p.* 13.) XIV. 632. c. Aeschyli *ecloga* De Nili Incremento *legitur in Praetermissis ex Athenaei libro II. T. II. nostrae edit. p.* 280.

Aethlius Samius. (*Conf. Voss. De Histor. Graec. lib. III. p.* 316.)

Σαμίων ὧροι, Samiorum Annales: *quorum citatur* liber quintus, XIV. 650. d. *n.* & 654. f. *n.*

Agallis Corcyraea, Grammatica, *laudatur* I. 14. d. *n. ubi ut* Anagallis *corrigatur suadent loca quae ex Suida citavimus. Sed quum alibi* Agalliam *nominatum reperiamus*, Corcyraeum Grammaticum, (*quem Aristophanis Grammatici discipulum fuisse ex Scholiis Venetis ad Iliad.* ω'. 235. *discimus*) *coniectare haud temere licuerit filiam illius fuisse* Agallidem *hanc, quae apud Athenaeum nominatur.*

[Agasthenes. *Vide* Aglaosthenes.]

Agatharchides, Cnidius.

Ἀσιατικὰ, Res Asiae. ἐν ὀγδόῃ Ἀσιατικῶν, IV. 155. c. ἐν τῷ δεκάτῳ περὶ Ἀσίας, XII. 539. b.

Εὐρωπιακὰ, Res Europae. IV. 186. d. *ex* Εὐρωπιακῶν ιη'.

» lae, unde quidque ab eo sumitur. « *adiiciuntur haec:* » De-
» cem comoedias eum docuisse auctor Suidas. In his libris
» nominantur hae quinque: *Palaestra*, *Nuptiae sacrae*, *So-*
» *rores stuprum passae*, vel *adulterantes:* item *Ganymedes*, &
» *Callisto.* Sextam, *Endymionem*, invenio apud Pollucem,
» libro nono. Septimam, *Pasiphaën*, in eiusdem libro X.
» Hac ipsa fabula cum Aristophane, Plutum suum docen-
» te, certasse *Alcaeum* in Attico theatro, veteres Critici
» auctores sunt. « — *Tum de tertio Alcaeo, quem Suidas no-
minat, postquam dixerat Casaubonus:* » Huius non meminit,
» opinor, Athenaeus: « — *haec adiecit:* » Harpocration for-
» tasse; cum ait, Ἀλκαῖος ἐν τῇ κωμῳδοτραγῳδίᾳ τοὺς πό-
» τας λύχνους ἀδδηφάγους εἶπε. « — Haec ille. *Qui quod*
de tertio Alcaeo *dixit, adiicere debebat*, tragicum poëtam
*diserte eumdem nominari a Suida; qui etiam adiicit, nonnullos
eum* primum Tragicum fuisse *contendere. Porro, quae verba ex
Harpocratione (voc.* Ἀδδηφάγους*) citavit Casaubonus, eadem
ipsa Suidas retulit in* Ἀδηφάγια, *praeterquam quod apud hunc*,
ἐν τῷ Κωμῳδοτραγῳδῷ, *legitur: quae scriptura verior videri
poterat, ut* Κωμῳδοτραγῳδὸς *fabulae titulus intelligeretur; nisi
in principe editione Suidae Mediolanensi* ἐν τῷ κωμῳδοτραγῳ-
δεῖν *legeretur, in editione Aldina vero* ἐν τῷ κωμῳδοτραγῳδεῖ,
ex quo Basileensis demum editor ἐν τῷ κωμῳδοτραγῳδῷ *fecit.
Sed de istius vocabuli scripturâ quidquid statuas, videtur fabu-
la ea, quae illo designabatur*, comoediae *potius, quam* tragoe-
diae, *rationem habuisse, adeoque ad eumdem* Alcaeum Comi-
cum *debere referri, cuius plures comoedias ab Athenaeo memo-
ratas vidimus.*

ALCETAS, ἐν δευτέρῳ περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς Ἀναθημάτων, secundo libro De Donariis Delphicis, *citatur* XIII. 591. c.

ALCIDAMAS, Elaeensis, Gorgiae discipulus:

Ἐγκώμιον Ναΐδος τῆς ἑταίρας, Naidis meretricis encomium, XIII. 592. c. *n. Conf. Fabric. Bibl. Gr. T.* I. *p.* 900. *not.* a. *T. II. edit. Harl. p.* 776.

[Alcides musicus, *in convivarum & Deipnosophistarum numero memoratur; non Scriptor aliquis fuit, ab Athenaeo citatus. Vide Ind. Rer. & Pers.*]

ALCIMUS Siculus. *Conf. Meurs.* Bibl. Gr. *Tom. X. Thes. Gron. p.* 1204 *sq. & Voss. lib. IV.* De *Hist. Gr. p.* 501.

ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ τῶν βίβλων Ἰταλικῇ, in illo suorum

librorum qui **Italicus** (*vel*, Italica Historia) inscribitur, X. 441. a. *Ex eâdem* Historia Italica *ductum est id, quod* de Etruscorum instituto quodam, *tacito operis titulo, his verbis citatur*, ὡς Ἄλκιμος ἱστορεῖ, *&c.* XII. 518. b.

Eiusdem Alcimi *meminisse Festum Pompeium voc.* Romam, *adnotavit Vossius. Haud temere vero Meursius & Aldrobandinus eumdem esse existimant, cuius libros quatuor* πρὸς Ἀμύνταν *saepius laudavit Diogenes Laërt. in Platone*, III. 9. 12. & 17. *Quod si (ut nobis quidem videtur)* Alcimi *testimonium illud, quod apud Nostrum* XII. 518. b. *legitur, ex Theopompi Historiis adpositum ab Athenaeo est, (conf.* XII. 517. d.) *colligitur inde, aetate nonnihil superiorem Theopompo* Alcimum *fuisse.*

ALCIPHRON Maeandrius; *scilicet ex Magnesiâ ad Maeandrum, ut Suidas docet in* Ἀλκίφρων, *ubi Philosophus nominatur; idem forsan, cuius M. Antoninus* X. 31. *meminit.*

Citatur apud Athenaeum in Epit. lib. I. p. 31. d. *ubi de* Pramnio vino *agitur, quod* in Ephesiorum finibus *nasci ille ait.*

ALCMAN, Ἀλκμὰν, & Ἀλκμάων, IV. 140. c. Lyricus poëta: cuius cantica (ᾄσματα) in festorum solennitate publice canebant Lacedaemonii, XV. 678. c. Primus perhibetur fuisse τῶν ἐρωτικῶν μελῶν ἡγεμὼν, XIII. 600. f. *cf.* 601. a.

Citatur apud Athen. interdum sic, ut libri numerus *adiiciatur, e quo ductum fragmentum: v. c.* Ἀλκμὰν ἐν τῷ τρίτῳ, *scil.* Μελῶν *vel* ᾀσμάτων βιβλίῳ, X. 416. c. *rursus*, ἐν τῷ ϛ'. X. 416. d. *n.* & III. 110. f. & 111. a. *nam quod ibi* ἐν τῷ πεντεκαιδεκάτῳ *vulgo legitur, id haud dubie vitiosum esse, &* ἐν τῷ πέμπτῳ (*sive sic*, ἐν τῷ ε'.) *scriptum oportuisse, in Animadv. ad* X. 416. d. *docuimus: ubi, quod de* compendiosâ notâ *dixi quae est in vetere nostro codice, nota illa non sic exprimi debuit, ut a nostro typotheta factum; sed hoc modo*, ἐν τῶι ε. *Alibi*, ἐν τινὶ τῶν μελῶν: *ut* XIII. 600 f.

Plerumque vero, ubi Alcmanis *testimonium aliquod citatur ab Athenaeo, nudum poëtae nomen adponitur: non modo in* Epit. *ut* I. 31. c. II. 39. a. *sed & in opere integro*, III. 81. d. & f. 114. f. (*ubi* Ἀλκμᾶν *vulgo scribitur, pro eo quod alias* Ἀλκμάν.) IV. 140. c. IX. 373. e. 374. d. 389. f. XI. 498. f. & 499. a. XIV. 624. b. 636. f. 646. a. 648. b. XV. 680. f. & 681. a.

Ἐπιστολαὶ, Epiſtolae *eiusdem plures citantur. Una* de fonte cui oleum innatabat, II. 42. f. (*conf. Plutarch. Vit. Alexandri, c. 57. Opp. T. I. p. 697.*) *Alia*, ad Satrapas Aſiae, XI. 784. a. *Alia*, ad Philoxenum, I. 22. d.

ALEXANDER Myndius. (*Meurſ. Bibl. in Theſ. Gronov. T. X. p. 1208 ſq. Fabricius paſſim.*) *Confer infra, voce Alexon.*

Κτηνῶν ἱστορία, Hiſtoria Pecudum: *cuius citatur* liber ſecundus, V. 221. b. *ubi* de gorgone vel catoplebonte, Africae beſtia.

Περὶ τῆς τῶν Πτηνῶν ἱστορίας, De Volucrium hiſtoria, liber ſecundus, IX. 388. d. ἐν δευτέρῳ περὶ Πτηνῶν Ζώων, IX. 398. c. *Inde ducta ſunt etiam teſtimonia, quae citantur* de attagene, IX. 387. f. de oto, IX. 390. e. f. de ſcope, 391. b. de cygnis, 393. d. de columbis, 394. d. e. *Nec aliunde ductum utique id, quod* de coturnice p. 392. c. *ſic citatur*, Ἀλέξανδρος ὁ Μύνδιος ἐν δευτέρῳ περὶ Ζώων, in ſecundo de Animalibus: *ubi fortaſſe* περὶ Πτηνῶν ζώων *ſcripſerat Athenaeus, quemadmodum p.* 398. c. *Similiter etiam in Scholio Ven. ad Iliad. κ'. 274. p. 254. ed. Villoiſ. ubi de ardea & noctua* avibus *agitur, pro* Ἀλέξανδρος ὁ Μύνδιος ἐν τῷ τρίτῳ περὶ Ζώων, *fortaſſe legendum* ἐν τῷ τρίτῳ περὶ πτηνῶν ζώων: niſi ſtatuas, *tertium librum* De *Animalibus* fuiſſe *primum* De *Volucribus; cui tamen hypotheſi non favent illae citationes quas ex Athenaeo retulimus. Denique titulus* περὶ Ὀρνίθων, *qui in Indice Dalecampiano adponitur, nusquam in Athenaei libris reperitur: nam in* Epit. libri II. p. 65. a. (*ad quem locum titulus ille refertur*) *nude legitur*, ὡς Ἀλέξανδρος ἱστορεῖ ὁ Μύνδιος. *Eſt autem illud teſtimonium ex libris quidem* De Avibus *ductum: ſed illos inſcriptos fuiſſe* περὶ Πτηνῶν vel περὶ πτηνῶν Ζώων *novimus, non* περὶ Ὀρνίθων.

ALEXAS. (*ſive* Alexus: *genit.* Ἀλέξου) Scripſit Ἰωνικὰ ποιήματα, Ionica carmina, laſcivi generis, XIV. 620. e. *n. ubi neſcio utrum ipſe* κιναιδολόγος *cognominatus fuiſſe perhibeatur, an ad genus carminum, quo ille uſus eſt, pertineat id nomen.*

ALEXINUS Dialecticus. (*Eleus. cf. Laërt. II.* 109.)

Παιὰν εἰς Κρατερὸν τὸν Μακεδόνα, Paean in Craterum Macedonem, XV. 696. e.

678. c. *n. Et inverse*, ἐν Φαρμακοπώλῃ ἢ Κρατεύᾳ, VI. 254. a. *n. Nude* ἐν Κρατεύᾳ, VIII. 340. c. (*sed ibi paulo ante uterque titulus adpositus erat:*) XI. 473. d. *n. De scriptura prioris nominis vide Animadv. ad III.* 95. a. *& ad XV.* 678. c. *Scilicet ubicumque ista fabula citatur apud Nostrum, ibi constanter veteres membr. cum ed. Ven. & Bas.* ἐν Κρατίᾳ (*non* ἐν Κρατεύᾳ) *exhibent, praeterquam* VI. 254. a. *ubi membr. cum editt. vett. in* ἐν Κρατείᾳ (*sic*) *consentiunt. Uno quidem loco*, III. 107. a. *ad scripturam* Κρατεύᾳ, *quam exhibebat Casauboni editio, nihil ex membranis nostris adnotatum est; sed & ibi veteres editiones* Κρατείᾳ *habent, nec fere dubito eodem modo etiam in membr. ibidem scriptum esse. Nos ubique scripturam* ἐν Κρατεύᾳ *tenuimus, quam Casaubonus praecedente Dalecampio in contextu posuerat.*

Κυβερνήτης, Gubernator, VI. 237. b. XIV. 652. c.

Κυβευταὶ, Aleatores, III. 96. a.

Κύκνος, Cygnus, XI. 472. a.

Κύπριος, Cyprius, III. 110. e. 114. d.

Λαμπὰς, Lampas, XIV. 654. f. *Eodem titulo citatur* Antiphanis *fabula, ubi vide.*

Λέβης, Lebes, Olla, III. 76. d. IV. 170. a. VI. 226. a. IX. 383. c. *Quod si semel tantum, aut bis, in libris nostris* ἐν Λέβητι *scriberetur; non dubitarem librariorum errore omissam esse postremam vocalem, scriptumque oportuisse* ἐν Λεβητίῳ, *sicut* XIV. 661. d. *Nunc, quoniam quater apud Athenaeum, itemque semel apud Pollucem* (*VI.* 65.) ἐν Λέβητι *scribitur; addubitare licuerit, utra sit vera scriptura, aut fuerit-ne eiusdem fabulae duplex titulus, an duae diversae fuerint fabulae, quarum quidem altera fuerit fortasse alterius* διασκευή.

Λεβήτιον, Parvus Lebes, Ollula, XIV. 661. d. *Vide modo in* Λέβης.

Λευκαδία, XI. 498. e. Λευκαδία ἢ Δραπέται, Leucadia aut Fugitivi, III. 94. f. *n. Quem ad locum haec adnotavit* CASAUBONUS: » Fecerat de Graeca Latinam hanc » fabulam *Turpilius*, vetus Comicus: nam eius poë- » tae *Fugitivos & Leucadiam* citant Varro, Nonius, » alii. Pollux lib. X. cap. XXI. laudat *Alexidem in* Λευ- » κάδι, de quo nihil pronuntio: etsi suspicor Λευκα- » δίᾳ scribendum esse, & de hoc dramate intelligen- » dum. Saepe enim, ut ante dicebamus, binomines

ANDROCYDES Medicus, *citatur a Clearcho*, VI. 258. b. *n.*
ANDRON Alexandrinus. *Cuius citantur*
Χρονικὰ, Chronica, IV. 184. b.
ANDRON Medicus; *citatur a* Parthenio Grammatico, *apud Athen.* XV. 680. e. *Forsan idem atque* Andreas, *de quo suprà. Conf. Fabric. l. c. & p.* 61 *sq.*
[Andronicus, *qui hic ponitur in Catalogo Dalecampiano, non* comicus *erat, ut ibi traditur, nec omnino poëta; sed tragoedus, id est, tragoediarum actor, non auctor. Vide Ind. Rer. & Perf.*]
ANDROSTHENES. *Vide omnino Voss. lib. IV. De Hist. Gr. p.* 463.
Τῆς Ἰνδικῆς παράπλους, Navigatio secundum Indiae oras, III. 93. b.
ANDROTION. *Vixit aut scripsit certe* ante Theophrastum. *Vide Fabric. Bibl. Gr. T. XIII. p.* 62. *& Harduini Indicem Auctorum, libro primo Plinii subiectum, p.* 53.
Γεωργικὸς, De Agricultura, III. 82. c. Androtion aut Philippus aut Hegemon ἐν τῷ Γεωργικῷ, III. 75. d. *Ex eodem libro ductum est testimonium, quod tacito operis titulo citatur*, IX. 375. c.
ANICETUS, *Glossographus, aut certe Grammaticus scriptor, laudatur* XI. 783. c. *n. scilicet in Supplem. libri XI. ex Epit. T. IV. nostrae ed. pag.* 220. *Nominatur Anicetus aliquis apud Alciphr. in inscriptione Epistolae* 28. *libri I. ubi vide Berglerum.*
ANONYMI.
τῶν Κωμικῶν τις, XIII. 574. e. *ubi de* Alcibiade moecho.
τὶς τῶν Παρῳδῶν, XIII. 571. b. *n.* Οὓς ἐδίδαξαν ἀριστερὰ γράμματα Μοῦσαι.
Poëtae incerti verba: — Πῶς μέλλω φιλεῖν τὸν μηθὲν ὠφέλημα &c. XIII. 582. a. *n. De aliis versiculis incerti poëtae vide mox deinde, in Antigoni Carystii Antipatro.*
τῶν Τραγικῶν τις, X. 433. e. f. Ἴσχειν κελεύω χεῖρα δεψῶσαν φόνου. *Conf. Animadv.* T. VIII. p. 485.
ὁ τὴν Κυκλικὴν Θηβαΐδα πεποιηκὼς, XI. 465. e. *n.*
Dianae carmen, Ἀρτέμιδος ᾆσμα, XIV. 636. d. *Sed haec talia, quale hoc postremum & istud proxime praecedens, in Indice Titulorum quaerenda sunt.*
Antagoras, poëta. *Vide Ind. Rer. & Perf.*
ANTHEAS Lindius, Comoedias & alia poëmata compo-

Athenaeo adponuntur duo versus hexametri, *ii non Antigono auctori tribuendi videntur, quod a nobis quidem in Animadv. ad* III. 82. b. *praeeunte Iacobsio factum; sed eos ex vetere nescio quo poëta citasse putandus est Antigonus.*

Βίοι, Vitae, *Philosophorum maxime*, IV. 162. e. Περὶ τοῦ Διονυσίου βίου τοῦ Ἡρακλεώτου, τοῦ ἐπικληθέντος Μεταθεμένου, X. 437. e. Ζήνωνος βίος, Zenonis Vita, VIII. 345. d. XIII. 563. e. 565. d. 603. e. & 607. e. *ubi* Ἀντ. Καρ. ἐν τῷ περὶ Ζήνωνος. *Porro*, Μενεδήμου βίος, X. 419. e.

Περὶ Λέξεως, De Dictione, III. 88. a. VII. 297. e. 303. b.

Tacito operis titulo citatur Antigonus Carystius, II. 44. e. *ubi de* Polemone Academico, *scilicet ex* eiusdem Vita. XII. 547. d. *& ibi toto cap.* 69. *de* Lycone Peripatetico; *haud dubie ex eius* Vitâ.

Idem est hic Antigonus, cuius hodie superest libellus, Ἱστοριῶν παραδόξων συναγωγή. *Harduinus* (*in Indice Auctorum, quo Plinius usus est*) *eumdem hunc esse* Antigonum *existimavit*, adversus quem scripsit Polemon Periegeta, *de quo infra suo loco: sed rectius facere videntur, qui* hunc ab illo diversum *statuunt.*

[Antilochus *perperam olim in edd. nominabatur*, II. 52. f. *qui est* Archilochus.]

ANTIMACHUS Colophonius. XI. 486. a. *De hoc consulendus est, instar omnium, libellus, qui Halae Sax. anno* 1786. *hoc titulo prodiit: » Antimachi Colophonii Reliquiae, nunc primum conquirere & explicare instituit Car. » Adol. Gottl. Schellenberg. Accessit Epistola Frid. Aug. » Wolfii. «*

Δέλτοι, Pugillares. VII. 300. d. *Schellenb. pag.* 31 *sq. & pag.* 91.

Θηβαΐς, Thebais, VII. 304. e. *n.* XI. 468. a. (*ubi citatur* liber quintus.) 469. f. 475. d. 482. f. (*quibus duobus postremis locis rursus citatur* liber quintus.)

Λύδη, Lyda, XIII. 597. a. *n. Scilicet carmine elegiaco* Lydam amicam suam *celebravit. Vide Schellenb. p.* 28 *sq. & p.* 80 *sqq.*

ANTIOCHUS Alexandrinus.

Περὶ τῶν ἐν τῇ Μέσῃ Κωμῳδίᾳ κωμῳδουμένων Ποιητῶν, De Poëtis qui in Media Comoedia perstringuntur, XI.

quidem ex Pamphili Lexico, Ἀπίων καὶ Διόδωρος, ὥς φησι Πάμφιλος, XIV. 642. e.

Apollodorus Arithmeticus, X. 418. f. *n.*

Apollodorus *Artemitanus, vel Adramyttenus, Straboni aliquoties memoratus.* (*Cf. Voss.* De *Hist. Graec. lib. III. p.* 326. *Fabric. Bibl. Gr. Tom. II. p.* 669. *Heyne ad Apollodor. p.* 1177.) *Huius citatur*

Παρθικῶν δ'. Rerum Parthicarum liber quartus, XV. 682. c.

Apollodorus Atheniensis, *Grammaticus.* (*Is cuius hodie supersunt* Βιβλιοθήκης *libri tres.*) *Scripta huius citantur apud Athenaeum haec:*

Πρὸς τὴν Ἀριστοκλέους Ἐπιστολὴν Ἀντιγραφὴ, Ad Aristoclis Epistolam responsio, XIV. 636. f. *n. ubi agitur de* instrumentis quibusdam musicis: *Aristocles autem intelligitur is qui &* De *Musica &* De *Choris libros edidit, de quo infra.*

Περὶ τῶν Ἀθήνησιν Ἑταιρίδων, De Meretriculis Atheniensibus, XIII. 586. a. *Brevius*, περὶ Ἑταιρῶν, XIII. 591. c. *Idem liber respicitur* XIII. 567. a. *n.* & 583. d.

(Περὶ Ἐπιχάρμου, De Epicharmo. *Vide Heynii Fragm. Apollodori, pag.* 1142 *sq. Istum librum respexisse videtur Athenaeus*, XIV. 648. d. e.)

Περὶ Ἐτυμολογιῶν, De Veriverbiis, XI. 483. a. *n. quod ipsum testimonium respicitur* XI. 482. e. *quo ex loco Dalecampius, aut is qui Indicem Dalecampianum confecit, imperite singulare scriptum ac veluti drama finxit*, Πάφιοι *inscriptum.* Ἐτυμολογιῶν β'. Etymologiarum liber secundus, II. 63. c. d. Liber primus τῶν Ἐτυμολογουμένων, XIV. 663. a. *Vide Heynii Fragm. Apollodor. pag.* 1144 *sqq.*

Περὶ Θεῶν, De Diis libri, (*numero viginti quatuor. Conf. Heyn. l. c. p.* 1039 *sqq.*) VII. 325. b. XIII. 571. c. *n.*

Περὶ Θηρίων, De Bestiis, XV. 681. d. *n. Cum de* bestiis *maxime* venenatis *egerit ille liber, haud immerito dubitavit Heynius an Apollodorum illum Atheniensem habuerit auctorem. Fortasse ad Apollod. Herophilium medicum fuerit referendus.*

Περὶ τοῦ Κρατῆρος, De Cratere, XI. 501. a. *n. Fors. inde ductum est testimonium*, XI. 485. d. *Videtur fuisse pars librorum* περὶ Ἐτυμολογιῶν.

ste. Citatur apud Nostrum ex Pamphili auctoritate, XI. 487. b. *n.*

APOLLODORUS *Medicus*, scripsit

Περὶ Μύρων καὶ Στεφάνων, De Unguentis & Coronis, XV. 675. e. f. quo in libro verbotenus eadem legebantur, quae apud Philonidem. *Conf. Animadv. ad XV.* 688. e. *ubi liber περὶ Μύρων Apollonio Herophilio tribuitur.*

APOLLODORUS, *Pasionis filius*, orator Atheniensis, *multas* dixit caussas orationibus a Demosthene conscriptis, XIII, 573. b. *n.*

APOLLONIUS: *nescio utrum Grammaticus aliquis, an mechanicus ille, Agesistrati praeceptor, cuius meminit Athenaeus Mechanicus in libro* De *Machinis Bellicis*, *p.* 3.

Τριηρικὸς, De Triremibus, III. 97. d. *Fortasse nonnisi grammaticum aliquod scriptum id fuit, de Nominibus singularum partium & rerum omnium ad Triremes spectantium.* — »Novi ego (*inquit Athenaeus noster l. c.*) par»tem aliquam triremis, quae ἐπιτονὶς vocatur, ὡς »Ἀπολλώνιος ἐν Τριηρικῷ παρατίθεται.« — *Istud verbum* παρατίθεσθαι *de Grammaticis dici solet, qui usum & significatum vocabuli alicuius prolatis & adpositis veterum auctorum exemplis illustrant atque demonstrant.*

APOLLONIUS Herophilius, *Medicus.*

Περὶ Μύρων, De Unguentis, XV. 688. e. *n.*

APOLLONIUS Rhodius, ὁ Ῥόδιος ἢ Ναυκρατίτης, VII. 283. d. *Scilicet Rhodius quidem civitate, sed patriâ Naucratita, aut secundum alios Alexandrinus. Vide Animadv. ad* V. 191. f. *ubi tacito scripti titulo nonnihil de* veterum Aegyptiorum sobrietate *memoratur. Citantur autem scripta haec:*

Περὶ Ἀρχιλόχου, De Archilocho, *sive* Commentarii in Archilochum, X. 451. d.

Περὶ Ναυκράτεως κτίσεως, De Naucratis origine, VII. 283. d.

APOLLONIUS, Sotadis Maronitae filius.

Περὶ τῶν Σωτάδου ποιημάτων, De Sotadis poëmatibus, XIV. 620. f.

APOLLOPHANES, Comicus. *Cuius fabulae:*

Δαλὶς, *sive* Δάλις, Desponsata, III. 114. f. *n.* & XI. 467. f. *n.*

Ἰδιοφυῆ, De Rebus singulari naturâ praeditis, IX. 409. c. *Quem librum itidem versibus (nescio an iambicis) conscriptum fuisse satis indicat Laërtius* II. 17. *cum ait*, ὁ τὰ Ἰδιοφυῆ ποιήσας. *Quod vero apud Schol. Nicandri ad Theriac. p.* 38. (*citante Menag. ad Laërt.*) *vulgo* Ἀρχέλαος ἐν τοῖς Διφυέσι *legitur, id non minus corruptum existimari debet, quam quod in Laërtii codicibus nonnullis* Διοφυῆ *pro* Ἰδιοφυῆ *scriptum est. Apud Athenaeum vetus membrana cum editis veram scripturam* ἐν τοῖς Ἰδιοφυέσιν *tuetur: qua in scriptura ex poëtico sermone, quo scriptus erat iste libellus, manasse videtur geminata σ litera.*

ARCHEMACHUS. (*Voss. lib.* III. *De Hist. Gr. pag.* 329 *sq.*) *Scripsit*

Εὐβοϊκὰ, Res Euboicas; *quarum citatur* liber tertius, VI. 264. a.

ARCHESTRATUS, Gelous, IV. 162. b. VII. 314. f. Syracusius aut Gelous, I. 4. d. Terpsionis discipulum fuisse ait Clearchus, VII. 337. b. *Nescio an sit idem*, cuius sodalem fuisse alterum ex Periclis filiis *legimus*, V. 220. d. *n. unde aetatem qua ille vixit cognitam haberemus. Sane, quod ibi de Archestrato dicitur, id perapte convenit cum eo quod de Geloo dicit Athenaeus*, circumnavigasse *eum* terrarum orbem ventris caussa & eorum quae infra ventrem sunt, III. 116. f. *&* vixisse Sardanapali vitam, VII. 294. f. *Fuit certe aetate superior Lynceo Samio, Isocratis discipulo: vide* VII. 286. a. *&* 295. a. *atque Clearcho, Aristotelis discipulo*, I. 4. e. VII. 285. c. *De peregrinationibus, quas dixi, conf.* VII. 278. d. *Quo pertinet quod p.* 294. a. ὁ καλὸς οὗτος Περιηγητὴς *vocatur.*

Famosum huius *fuit* Carmen Epicum, (III. 104. f.) *quod ab aliis* Γαστρονομία, *ab aliis* Ἡδυπάθεια, *ab aliis* Δειπνολογία, *ab aliis* Ὀψοποιΐα *nominatur, ut ait Noster*, I. 4. e. *ubi etiam* initium carminis *adponitur. Verus autem titulus fuit* Γαστρολογία, VII. 278. a. *conf.* III. 104. b. IV. 162. b. X. 457. c. *Frequentius tamen sub titulo* Γαστρονομία *citatur ab Athenaeo, velut* II. 56. c. III. 92. d. VII. 293. f. 320. a. VIII. 335. d. *&* e. Ἡδυπάθειαν *nominat Lynceus Samius*, VII. 285. f. *&* VII. 313. f. *& Athenaeus ipse*, VII. 306. a. Ὀψολογία, VIII. 335. b. *non dicitur tamquam titulus carminis, ut est in Indice Dalecampiano: sed* πολυθρύλλητος ἐπὶ τῇ ὀψο-

Aristobulus Cassandrensis, (*Alexandri M. comes: vide Voss. lib. I. De Historic. Graec. cap. 10. p. 54 sq.*) *citatur* II. 43. d. VI. 251. a. XII. 513. f. 530. b. *Quae testimonia omnia ducta sunt ex libris, qui inscripti erant*

Ἱστορίαι, *scilicet* αἱ περὶ Ἀλέξανδρον, Historiae (*de Rebus Alexandri M.*) X. 434. d. *Conf. Sainte-Croix Examen Critique, p. 42 sq. nuperae editionis.*

Aristocles. (*An Messenius ille Siculus, philosophus Peripateticus, de quo Suidas? an* Nicocles *pro* Aristocles *scribi debuerat, intelligendusque idem* Νικοκλῆς ὁ Λάκων, *qui paullo post* p. 140. d. & 141. e. *bis citatur tacito operis titulo?*) *Huius memoratur opus,*

Λακώνων Πολιτεία, Laconum Respublica; *& quidem* liber prior, IV. 140. b. *unde intelligitur* duo *fuisse libros.*

Aristocles *alius, puto; qui videtur* Alexandrinus *fuisse, aut certe Alexandriae scripsisse. vide ad IV.* 174. c. *&* d. *Animadv. T. II. p.* 631. *&* 633. *Huius citatur liber*

Περὶ Μουσικῆς, De Musica, XIV. 620. c.

Περὶ Χορῶν, De Choris, IV. 174. c. *n.* XIV. 620. b. *iterumque ibid.* d. *ubi* ἐν πρώτῳ περὶ Χορῶν. XIV. 621. b. *Denique* XIV. 630. b. *ubi* ἐν ὀγδόῳ περὶ Χορ. *nisi ibi error in numeris. Ex eodem opere ductum est testimonium in* Epit. lib. I. 22. a.

Eiusdem, *puto*, Aristoclis *fuit* Epistola, *quae memoratur* XIV. 636. f. *de qua vide supra, ubi de Apollodoro Atheniensi.*

Aristocrates, *scripsit* Λακωνικὰ, Laconica: *quorum* liber quartus *citatur* III. 82. e.

Idem opus respexit Stephanus Byzant. in Ἀβαντὶς, *& vetus Scholiastes Sophoclis ad Trachin.* 270. (266. ed. Br.)

Aristodemus, (*Eleus. vide Schneid. Fragm. Pindari, pag.* 109.)

Γελοῖα Ἀπομνημονεύματα, Iocorum (*sive* Ridicule-dictorum) Commentarii: *quorum citatur* liber secundus, VI. 244. f. VIII. 338. a. *&* XIII. 585. d. *Tacetur libri numerus*, VIII. 345. b. *Idemque opus, tacito quidem titulo, respicitur.* VI. 246. d.

Περὶ Πινδάρου, De Pindaro, *i. e.* In Pindarum Commentarii, XI. 495. f. *n.*

Aristogeiton, orator: *in quem supersunt Orationes*

» Ita soliti facere mercatores, quoties celebrabatur ali-» qua panegyris. Vetus Theocriti Interpres: ἐν ταῖς » πανεγύρεσι σκηνὰς ἐποίουν οἱ πωλοῦντες. Sic autem » loquitur idem poëta in Pace: [vs. 880.]

» — Εἰς Ἴσθμια

» σκηνὴν ἐμαυτοῦ τῷ πέει καταλαμβάνω.

» Videtur Aristophanes descripsisse eo dramate *Mu-» lierum, tentoria sua commodis locis figere cupientium,* » *iurgia &* ἀκροχειρισμούς. Non defuere qui hanc fa-» bulam Platoni adscriberent. Athenaeus libro XIV. » [628. e.] Ἀριστοφάνης ἢ Πλάτων ἐν ταῖς Σκηναῖς. [*Sic nempe olim ibi in edd. legebatur: at recte* ἐν ταῖς Σκευαῖς *ibidem dedit vetus noster codex mstus.*] » Solent auctores » titulos dramatum hoc modo contrahere: ut, cum » Sopatri Βακχίδος μνηστῆρας appellant *Bacchidem*, de » quo capite XV. [ad IV. 158. d.] cum Sophoclis » Ἀχαιῶν σύνδειπνον simpliciter Σύνδειπνον inscribit He-» sychius; cum Archippi Ὄνου σκιὰν, cuius mentio in » Scholiis Aristophanis, tantum Ὄνον. Harpocration: [voc. Τοπεῖον:] Ἄρχιππος Ὄνῳ τραχηλίαις, ταῦτα καὶ » τοπείοις εἱστᾶσιν, οὐκ ἄνευ γόνου. Emendamus: Ἄρ-» χιππος Ὄνῳ. τραχιλίαις [τροχιλίαις voluerat] ταῦ-» τα καὶ τοπείοις ἱστᾶσιν οὐκ ἄνευ πόνου. Ergo etiam, » Σκηνὰς cum legis, intelligere debes hanc fabulam. » Hesychius: Τριτοστάτης, Ἀριστοφάνης ἐν Σκηναῖς, [nisi & ibi ἐν Σκευαῖς legendum] » τριτὺς, τριάς. In-» teger titulus fuit, ut diximus, Σκηνὰς καταλαμβά-» νουσαι. Sic etiam rescribendum ubique est, & in hoc » & in aliis scriptoribus: ut apud Hesychium, in Οὐ » γὰρ ἄκανθαι proverbio. Apud Pollucem libro VII. [157.] » Ἀριστοφάνης δ' ἐν Σκηναῖς, καταλαμβάνουσ' » ἔφη καὶ τῶν πλατυλόχων διβολίαν ἀκοντίων. Corrige, » Ἀριστοφάνης δ' ἐν Σκηνὰς καταλαμβανούσαις ἔφη, » Καὶ τῶν πλατυλόγχων. Adde alium locum eodem » libro extr. [*segm.* 202.] item alios, libro X. cap. v. » & cap. XIX. nec non cap. XXIV. & XXV. [*segm.* 28. 67. 106. 114.] » Quibus tot locis potes adiicere » alium Harpocrationis, similiter depravatum, in Δή-» μαρχος. Atque huic nostrae emendationi [Haec in *Addendis* adiecit CASAUBONUS] » suffragatur amplissi-» mi Messaei codex mstus, non isto quidem loco, sed » in alio gemino huic, quem ex coniectura emenda-

(*vide Animadv. ad Athen. VII.* 281.*f.*) *Quare mirari nemo debet, multa ab Athenaeo ex* Ariſtotelis libris DE Animalibus *adferri, quae in his, qui hodie ſuperſunt, non leguntur. Nec illud magnopere mirum debet videri, quod nonnulli ex eis libris, qui hodie ſuperſunt, aliis numeris vel aliis titulis inſigniti ab Athenaeo citentur, quam qui eisdem libris hodie in editis Ariſtotelis operibus praefigi ſolent. Sic, verbi cauſſa,*

Ὀγδόη Ζώων Ἱστορίας, *id eſt,* Octavus liber Hiſtoriae Animalium, *quem dicit Athenaeus* IX. 387. b. *idem* liber *hodie vulgo* nonus *numeratur: qua de varietate vide Adnotata ad l. c. Porro qui liber apud Athenaeum his verbis citatur,*

ἐν τῷ περὶ τῶν Ζώων Ἠθῶν, *i. e.* in libro DE Moribus Animalium, VII. 282. c. 307. c. 327. f. *is idem ipſe liber eſt, qui loco modo citato* Octavus Hiſtoriae Animalium *inſignitur, & qui hodie* Nonus liber Hiſt. Animal. *numerari ſolet. Rationem, cur iſto titulo inſignitus fuerit ille liber, explicavimus in Animadv. ad VII.* 282. c.

Porro, qui hodie numeratur Quintus liber Hiſtoriae Animalium, qui & *ipſe eodem titulo,*

Ἀριστοτ. ἐν πέμπτῳ Ζώων Ἱστορίας, *apud Athenaeum citatur* VII. 329. a. *n. idem liber, cum frequenter ex eo teſtimonia a Deipnoſophiſta adponantur, conſtanter aliâs hoc titulo citatur,*

ἐν πέμπτῳ περὶ Ζώων Μορίων, *id eſt,* Quinto DE Partibus Animalium, II. 63. b. *n.* IX. 394. a. *n. vel* ἐν πέμπτῳ Ζώων Μορίων, III. 88. e. *n.* 105. c. *n.* VII. 286. c. *n.* 294. d. *n.* (*ubi quidem quod citatur teſtimonium, id hodie in eo, quem dixi, libro non reperitur.*) 310. e. 312. c. 315. a. 319. a. *& ib.* d. 320. e. *n. & ibid.* f. 321. e. 323. e. 324. d. 328. f. 329. f. *n.* IX. 394. a. *Et brevius,* ἐν πέμπτῳ Μορίων, III. 88. c. *n.* VII. 306. f. *n.* 317. d. 326. d. *n. Quod vero* ἐν δευτέρῳ Ζώων Μορίων *ſcribitur vulgo,* VII. 304. c. *n. &* 312. c. *n. ibi veteris alicuius librarii errore* δευτέρῳ *pro* πέμπτῳ *poſitum utique videri debet. Denique quod nude* ἐν τῷ περὶ Ζώων Μορίων *ſcribitur* VII. 303. d. *n. ibi ſimiliter fortaſſe per librarii errorem* omiſſus libri numerus *eſt, quemadmodum &* III. 105. c. *n.*

B.

Περὶ Ἀντιφάνους καὶ περὶ τῆς παρὰ τοῖς νεωτέροις [*olim*, μεσωτέροις] κωμικοῖς Ματτύης, De Antiphane, & de Mattya cuius mentio fit apud recentiores Comicos, XIV. 662. f. *n.*

Λέξεως συναγωγὴ, Dictionis collectio: *cuius citatur* liber centesimus octavus, VII. 329. d. *n.* *Ex quo Athenaei loco ductum est id quod Eustathius habet ad Iliad.* ψ'. *pag.* 1409. *l.* 3. (pag. 1297. *ed. Rom.*) *quo respexit Harlesius in his quae de* Dorotheo Ascalonita *commentatus est*, *Bibl. Gr. T. I. p.* 511. *Idem opus* Ascalonitae Diodori *spectasse videtur Scholiastes ille Venetus* ad Iliad. κ'. (*non* ν'. *ut perperam in Animadv. nostris ad Athen. VII.* 329. d. *expressum*) *vs.* 252. *cum ait*, Θεόδωρος ἐν τριακοστῷ πρώτῳ τῆς Ἀττικῆς Λέξεως. *Nam illud quidem vix ullius momenti argumentum est, quo probare Villoisonus conatus erat*, (*in Prolegom. pag.* 30 *extr. & seq.*) Theodorum *istum diversum intelligi debere ab Ascalonita. Certe* Λέξεως συναγωγὴ, *magno librorum numero comprehensa, diserte* Ascalonitae Diodoro *tribuitur ab Athenaeo. Ex eodem opere ducta etiam fortasse sunt quae leguntur apud Athen.* IX. 410. a. *&* XI. 481. d. *quibus locis nude quidem* Dorotheus *nominatur: ac possit etiam posterior praesertim locus, ubi de poculis agitur, ad* Sidonium Dorotheum *pertinere, qui in simillimo argumento diserte nominatur*, XI. 497. e. *Vide continuo deinde.*

DOROTHEUS Sidonius, *Grammaticus, tacito scripti titulo citatur* XI. 497. e. *Confer quae proxime ante notavimus, ubi de* Ascalonita Dorotheo. *Apud neminem autem alium auctorem memoratum istum* Sidonium Diodorum *reperi.* Dorothei, *nescio cuius, libellum* περὶ τῶν ξένως λεγομένων λέξεων *laudat Photius, Cod.* CLVI. *p.* 171. *ed. Hoesch.*

DOSIADES, Δωσιάδας.

Κρητικὰ, Cretensia: *quorum citatur* liber quartus, IV. 143. a. & VI. 264. a.

DRACO, Corcyraeus.

Περὶ Λίθων, De Lapidibus, XV. 692. d. *n.*

Dromeas Cous. *Vide Ind. Rer. & Pers.*

DROMON, poëta comicus. *Cuius fabula*,

Ψαλτρία, Psaltria, VI. 240. d. IX. 409. e.

DURIS Samius, frater Lyncei, Theophrasti discipulus,

E.

Eiusdem Epigramma in matrem *quamdam*, cum liberis ex fungorum esu mortuam, II. 61. a. b.

Tacitis dramatum titulis recitantur Euripidis eclogae, II. 36. d. 38. f. 40. d. *n.* (*ex Danaë*) 66. a. IV. 158. e. *n.* 159. b. (*ex Bellerophonte*) VI. 247. c. *n.* 270. c. VIII. 362. e. & f. X. 421. f. 446. a. b. XI. 465. b. XIII. 561. a. & b. *n.* 608. f. XIV. 619. b. XV. 665. a. 677. b. (*ex Antiopa.*) *Conf. mox fab.* Αἴολος.

Euripideus *etiam* versus *videtur esse ille*, XIV. 616. c.

Κακῶν κατάρχεις τήνδε μοῦσαν εἰσάγων :

quo versu Telesphorus risit Lysimachi regis uxorem.

Fabulae Euripidis *citantur hae*:

(Αἴολος, Aeolus.) *Inde ductus versus qui citatur* XIII. 566. b. *n.* & *alius*, XIII. 582. d.)

(Ἀνδρομάχη, Andromache.) *Ex ea fab. citatur versus*, I. 4. b. *n.* *item alius* ibid.

Ἀνδρομέδα, Andromeda, XI. 476. f. Ex Euripidis Andromeda episodium declamavit Alexander in postrema coena, XII. 537. d. *Ex eadem fab. ducti sunt versus* in Amorem, *qui leguntur* XIII. 561. b. *n.*

(Ἀντιόπη, Antiopa.) *Ex ea citatur versus*, X. 421. f. *n.* *tacito dramatis titulo: item duo alii*, XV. 677. b. *n.*

(Ἀρχέλαος, Archelaus, *citatur in Fragm.* de Incremento Nili, *quod ex Athenaeo ductum videtur*, lib. II. cap. 88. pag. 279. *nostrae editionis.*)

(Αὔγη, Auge.) *Hinc ducti versus leguntur* XIII. 600. d.

Αὐτόλυκος πρῶτος, Autolycus prior, X. 413. c.-f. *ubi longa ecloga* de Athletis, *quorum* artem inutilem *declarat poëta.*

Βάκχαι, Bacchae, II. 40. b. *n.* *Ex eadem fabula verbis nonnullis usus est Aristippus*, XII. 544. e. *n.*

(Βελλεροφόντης, Bellerophon. *Hinc ducti videntur versus*, IV. 159. b. c. *n.*)

(Δανάη, Danaë, II. 40. d. *n.*)

Δεσμῶτις Μελανίππη, Captiva Melanippe, XII. 523. e. *n.* XIV. 613. d. *n.*

Εὐρυσθεὺς, Eurystheus, XI. 498. d.

Ἡρακλῆς, Hercules, (*scil.* Hercules furens) IX. 409. a. *n.*

Θησεὺς, Theseus, X. 454. b. c.

Ἱκέτιδες, Supplices mulieres, IV. 158. f. VI. 250. e. f. *n.*

Ἱππόλυτος, Hippolytus, XIII. 600. b. c. *Tacito fabulae*

H.

De Hellanicis duobus, *altero* Milesio, *altero* Mitylenaeo Lesbio, *vide Vossium De Hist. Graec.* p. 448 sqq. *Scilicet* Milesium Hellanicum *a* Mitylenaeo Lesbio diversum *statuit Suidas: in quo errasse hunc Lexicographum probabile fecit* S t u r z i u s *in Hellanici Lesbii Fragmentis, Lipsiae* 1787. *editis, laudatus Harlesio ad Fabricii Bibl. Graec. Tom. II.* p. 349 *seq. nempe, aut nullum fuisse Milesium Hellanicum, sed Hecataeum Milesium a Suida confusum fuisse cum Hellanico; aut eumdem Hellanicum perinde & Mitylenaeum Lesbium & Milesium interdum fuisse adpellatum. Certe, si duos* Hellanicos *novisset Athenaeus, alterum Milesium, Lesbium alterum, non constanter nude* Hellanicum *nominaturus erat; sed eum, quem dicit, adiecto patriae nomine (ut aliás consuevit) ab altero erat distincturus.*

In Indice Dalecampiano, *qui Casaubonianis quoque editionibus secundae & tertiae praefixus est, in* Hellanici scriptis *recensentur etiam* Γλῶσσαι, Glossae, *ex pagina* 489. a. *edit. Casaub. Ubi primum moneo, erratum esse in numero, cum pag.* 487. a. *scriptum oportuisset; deinde gravius etiam in ipso auctoris nomine erratum, quum pro* Seleuco, *quem Graeci libri ibi nominant, Dalecampius in Latina versione, (ad cuius praescriptum confectus ille Index est) nescio quo sive lapsu, sive qua temeritate,* Hellanici *nomen posuerit. Quod eo maxime monitum volui,*

H 4

ut videtur, & ſatyricum. Dramata Hipparchi *laudantur haec:*

Ἀνασωζόμενοι, Soſpites, Servati, XI. 477. f.

Θαΐς, Thais, XI. 484. d.

Παννυχὶς, Pervigilium, XV. 691. c.

HIPPASUS. I. 14. d. e. Ἵππασος δὲ Λακεδαιμονίοις ταύτην τε (*ſcil.* τὴν ὀρχήσεως διὰ σφαίρας εὕρεσιν) καὶ τὰ γυμνάσια πρώτοις (ἀνατίθησι.) *Is* Hippaſus Lacedaemonius *eſt, qui (teſte Diog. Laërt. VIII.* 84.) Λακώνων Πολιτείαν *ſcripſit quinque libris: quod opus, cum ipſo auctore, non modo a Meurſio & Voſſio praetermiſſum eſt, ut Menagius ad Laërt. l. c. monuit; verum etiam Fabricii & Harleſii obſervationem effugit, ubi de Hippaſo Pythagoreo & aliis Hippaſis egerunt, Bibl. Gr. T. I. p.* 505. (*pag.* 848. *ed. Harl.*) *Nec in Fabricii Indice Auctorum ab Athenaeo citatorum T. III. Bibl. Gr. mentio huius* Hippaſi *reperitur, quia ſcilicet in Dalecampiano Catalogo praetermiſſus erat. Obiter moneo lectorem, ne forte de alio* Hippaſo *hic cogitet, Thaſio illo, a quo in Homericis nonnullis locis ambiguitatem ſublatam fuiſſe Villoiſonus ait, in Anecd. Graec. Tom. II. pag.* 130. *teſtem citans Ariſtotelem,* De *Poëtica cap.* 25. *pag.* 674. *Tom. II. ed. Duval, Pariſ.* 1619. *Aliud agenti doctiſſimo Viro error ille exciderat; notatus ab Harleſio, loco paulo ante citato. In omnibus quidem Ariſtotelis exemplis, atque in ea ipſa editione ad quam provocavit Villoiſonus,* Hippias *Thaſius, non* Hippaſus, *legitur.*

HIPPIAS Erythraeus.

Περὶ τῆς Πατρίδος (*i. e.* περὶ τῶν Ἐρυθρῶν) ἱστορίαι, Hiſtoriae patriae, *ſcil.* Erythrarum, VI. 258. f. *ex* libro ſecundo.

Hippias Rheginus. *Vide* HIPPYS.

HIPPIAS Sophiſta (Ἱππίας ὁ σοφιστὴς) ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Συναγωγῇ, in libro qui inſcribitur Synagoge, *i. e.* Collectio. (*Eleum* Hippiam *videtur dicere: cuius quidem ſcriptum iſtud ſilentio praetermiſſum eſt a Fabricio & Harleſio, ubi de* Hippia *agitur, Bibl. Graec. Tom. II. pag.* 657. *ed. Harleſ.*)

HIPPOCRATES, ὁ ἱερώτατος, IX. 399. f.

Περὶ Διαίτης· ὃ τινὲς ἐπιγράφουσι, Περὶ ὀξέων Νοσημάτων· οἱ δὲ περὶ Πτισάνης· ἄλλοι δὲ, πρὸς τὰς Κνιδίας

I.

L.

O.

P.

L 2

haud dubie is fuerit, qui περὶ Πινάκων *scripsit: quem simul cum* Polemone *Diogenes Laërtius VII.* 188. *nominat; quem eumdem & de Pictura & de Arte caelatoria & statuaria scripsisse Plinius docet, cuius testimonia collegit Harduinus in Indice Auctorum, qui libro primo Plinii subiectus est. Et hunc quidem idem Harduinus ibid. eumdem facit cum Carystio Antigono. At Fabricius, pictorem Antigonum diversum a statuario, & utrumque horum diversum ab Antigono Carystio fuisse, censet. De quo utcumque statuas, illud pro certo sumi posse videtur*, Antigonum *eum, adversus quem* Polemo Periegeta *scripsit, eumdem fuisse qui &* περὶ Πινάκων *scripserat, & cuius* Μακεδονικὴν Περιήγησιν *Stephanus Byz. voc.* Ἀβάντις *memorat.*

Nescio an idem liber cum superiore sit is, qui alibi his verbis citatur:

Πολέμων ἐν τοῖς πρὸς Ἀντίγονον περὶ Ζωγράφων, *id est*, Polemon in his quae ad (*vel* adversus) Antigonum scripsit de Pictoribus, XI. 474. c.

πρὸς Ἀράνθιον ἐπιστολὴ, Ad Aranthium Epistola, XV. 696. f.

περὶ Ἄρτου, De Arto, Messapiorum rege, III. 108. f.

πρὸς Ἄτταλον ἐπιστολὴ, Ad Attalum Epistola, VIII. 346. b.

περὶ τοῦ Διὸς κωδίου, De Vellere ovis Iovi immolatae, XI. 478. c. *n. ubi quidem* δίου κωδίου *habet vetus membrana.*

Ἑλλαδικὸς, Helladicus, Antiquitates Graeciae; *incerti auctoris liber, sed ad* Polemonem *vulgo relatus.* Πολέμων ἢ ὅστις ἐστὶν ὁ ποιήσας τὸν ἐπιγραφόμενον Ἑλλαδικὸν, Polemon aut quisquis est auctor libri qui Helladicus inscribitur, XI. 479. f. XIII. 606. a. b. *Igitur apud Athenaeum* Helladicus *titulus libri est; non, ut apud Suidam, Polemonis cognomen.*

περὶ τῶν κατὰ πόλεις Ἐπιγραμμάτων, De Inscriptionibus quae passim in civitatibus exstant, X. 436. d. 442. e.

Περὶ Θαυμασίων, De Mirabilibus, XII. 552. b.

Περὶ τῶν ἐν Καρχηδόνι Πέπλων, De Peplis Carthaginiensium, XII. 541. b.

Περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι Ἀναθημάτων, De Donariis quae Lacedaemone Diis dicata sunt, XIII. 574. c.

Περὶ τοῦ Μορύχου, De Morycho, III. 109. a. *n.* (*ubi*

